

### ***In via Latina Cornelius de equo cadit.***

In via Latina, inter Romam et Tusculum, stultus vir, qui cerebrum parvum habet, equo vehitur.

Hic vir est Cornelius, qui pecuniosus dominus Romanus est. Cornelius in via solus est, nam et filia eius et filius eius cum eo ire nolunt quia ii in horto eorum ludere volunt.

Dum vir cantat laetus et aspicit aves, quae in caelo volant, equus eius ad villam Iulii, amici Corneli, adit. Cornelius magna voce canit, sed vox eius pulchra non est, et dicit; (ad equum) "Nemo numerare aves in imperio Romano potest, in quo adsunt multae aves: aves magnae et ferae ut aquilae atque aves parvae"

Cum equus dominum canere rursus audit is perterritus iratusque se movet, ergo Cornelius cadit ad terram et caput suum pulsat. Cornelius in terra nigra iacet et e capite eius sanguis exit, ergo iam stultus non est et equo imperat :

« Age, eque! Curre ad villam Iulii, illic ancillas Aemiliae voca et ad me eas duc ! » Equus currit, dum Cornelius sub arbore sedet, quod is ipse ambulare non potest. Cornelius se bonam vocem non habere putat, itaque, dum ancillas exspectat, nulla verba dicit et lacrimat, quia vox eius non est tam pulchram quam voces avium, quae in arbore inter ramos et folia canunt.

*Marzia Gozzini*